

1274, juny, 17

*Ermessendis, esposa de Marimon de Sant Daniel, de Salitja, es fa dona pròpia del monestir de Sant Daniel.*

ASD núm. 227, 90 x 220 mm.

Sit notum cunctis quod ego Ermesendis, uxor Marimondi de Sancto Danieli, parrochie Sancte Marie de Saliga, consilio et uoluntate eiusdern mariti mei predicti, euenio et facio meipsam propriam feminam liberam ac solidam cum omni mea prole a me egressura et cum omnibus meis bonis habitis et habendis ubique, monasterio Sancti Danielis uidelicet a loco infirmarie eiusdem monasterii, ita quod de cetero alium dominum non habeam nec reclamem nisi predictum monasterium Sancti Danielis uel tenentis locum infirmarie eiusdem loci. Et promito eidem monasterio et tenentibus predictum locum infirmarie esse fidelis et legalis in omnibus et per omnia, prout melius dici uel intelligi potest ad suum bonum intellectum.

Actum est hoc .xv. kalendas iulii anno Domini .MCCLXXIIII.

Sig+num Ermesendis predicte, qui hoc firmo et laudo. Sig+num Marimon, mariti eius, qui hoc firmat et laudat. Testes huius rei sunt Bernardus de Silua de Uilalbino et Bernardus de Entraygues, commorans apud Gerundam.

(s. man.) Bartolomeus presbiter et ebdomedarius Sancte Marie de Saliga, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 471